

ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE



A-5
166 ^b

CHARTREUSE de NAPLES

✧ Saint-Martin ✧

(PROVINCE DE SAINT-BRUNO)

Notices historiques et Documents

Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN

• Recollections

Factorum et virorum illustrium

Cartusiae Sancti Martini

supra Neapolim. —



Nota. — Copie d'une cinquantaine de pages sur la chartreuse de Naples, les quelles se trouvent dans un manuscrit n. 42 de la chartreuse intitulé « Miscellanea Cartusiana. » — Ces quelques renseignements sur la fondation, et certains religieux remarquables ont dû être envoyés de Naples, quand il se composait nos Annales. — Dans le même manuscrit se trouvent aussi des Mémoires sur Bonapoy et une vieille chronique de la chartreuse de Paris. — p. P. B. Valsainte 8 nov. 1895.

— 1895. —

Index

- p. 1 - Fondation - Profès
qui se sont illustrés.
- Fr. H. Religieux renommés -
- p. 47. Monitoire du R. L. Juste Serrot
pour la Réception des Novices.
- p. 51. Correspondance entre le Card. ^{nat}
Farnèse, protecteur de l'Ordre et
le R. L. Don Bruno d'Affrignues.
- p. 55. Monitoire (Caminatoire) de la
Congrégation par intermédiaire du
Cardinal de Bologne au sujet de la
réception des novices pendant l'épidémie.
- p. 59. Notes historiques 1325-1900.
- 119. à Observer, (selon Sixte V et ^{XII} espagnols)
dans la réception des Novices
- 123. Déclaration de Clément VIII pour
le choix des Professeurs -
- 127. Ordonnances des Sum. S. M. J. pour
réceptions des Religieux et
qualités des Professeurs
- 131. Extraits de Vittorio Spinazzola
- 135. Bibliothèque du Musée Nat. ^{de} (ancien)
Chartraine
- 153. Bulles d'Urbain V (1370)
- 169. Écrivains de la Chartreuse
- 176. San Martino

Fundatio Cartusie Sancti Martini Supra Neapolim.

Carolus illustris Dux Calabriae et Vicarius generalis regni Neapolitani, vicegerens serenissimi regis Roberti, eius patris, ob cultum, et viciniam, eorum creatam, quia cartusianum ordinem, venerabat, necnon, devotionem, singularem, erga dictum Martinum, construendum, curavit aereobium, in loco, ubi dicitur ~~Cartusium~~ Campano, in monte sancti Erasmi supra urbem Neapolim, constituto Anno Domini 1325.

Sed morte praeventus id Dux in suo novissimo testamento mandavit, ut ceptum opus a serenissima eius filia Joanna p^a ad perfectionem, reduceretur, quae dictum suum paterni avi regis Roberti exstruxit et in opus perfectionem, redegit, iuxta consilium suum patris Caroli Ducis: eique monasterio assignavit pro manachorum, substantatione uncias auri decem. Qui anno 1336, tunc etiam, monachi nichilominus P. P. B. Roberto de Senis, e prioratu cartusie s^ti Laurentii prope Padulam, educto, claustrum intraverunt.

Modo ex largitis elemosinis, et redditibus que ad auctus, numerantur monachi et fratres conversi circiter 80. - Imperator habet et ecclesiam Neapolim sub titulo s^ti Mariae Coronae spinosae, priori pro tempore existenti subiectam, in spiritualibus et temporalibus, cui deserviunt duodecim, sacerdotes seculares et tres clerici. Archiepiscopus Neapolitanus valet cum eis agere pro vel contra, sed ordinarius ipsius ecclesiae est noster prior, ex privilegio Summi Pontificis, cui in omnibus obediunt et jurisdictioni subiacent. -

Anno vero Domini 1358, die 26^a februarii, ill^{ms} et hor^{ms} cardinalis de Agriolio, episcopus copus Sabiniensis ac apostolice sedis nuntius huius regni, de speciali licentia Urbani quinti, Summi Pontificis, hanc nostram, ecclesiam consecravit atque dedicavit in honorem, Beatissimae et omnipotentis Virginis Mariae, Martini episcopi copii omniumque sanctorum. In qua consecratione interfuerunt multi episcopi copii et prelati, scilicet regina Joanna 1^a, et ~~mult~~ s^ti Petrus rex Cypri, exal^{ms} D. D. Philippus Imperator Constantinopolitanus, Achaiae et Larantiae Lini copii alique magnates, etc. . . .

p. 2. Hoc cartusium speciali Dei o. M. auxilio et b^{ne} Imperatoris Virginis Mariae ac
s. Petri

D. Patris nostri Brunonis protectione, semper fuit observantiae speculum, et virorum
sanctitate et doctrina illustrium seminarium. Qui pro majori parte totam hanc
provinciam, aliisque nostri ordinis sacri comobis reerant et illustrerunt, ut
ex catalogo priorum, liquet. Carthusia Romana (ut brevitate studio aliis aliis
relinquamus) gloriam ex hujus nostrae Domus gratia circiter sedecim omni
virtute conspicuos priores ac procuratores generales accepisse, videlicet:

Anno 1388. - V. P. D. Robertum, ex nobilissima familia de ^{de Ayossa} dyossa professum,
hujus D- virum pietate et zelo religionis celeberrimum.

Ao 1398. - V. P. D. Benedictum, de Ravella professum, hujus D-, religione, doctrina
et prudentia decoratum.

Ao 1458. - V. P. D. Ludovicum, de Ferraria professum, Neapolitanum, virum, probatissimum et ita.

Ao 1459. - V. P. D. Jacobum, de Napoli ex vicario hujus D-, religiosum, doctissimum, et piissimum.

Ao 1465. - V. P. D. Joannem, Brunsvich professum Neap. virum et generis nobilitate insignem.

Ao 1488. - V. P. D. Franciscum, ex illima familia de Capua, professum, Neapol. humi-
-litate, sapientia morumque castitate omnibus eorum.

Ao V. P. D. Angelum, Pedale de Monte Sardo, professum Neapol. litteris sacris
et humanis apprime eruditum.

Ao 1510. V. P. D. Jacobum de Aragonia ex Neapolitanorum regum Aragonensium
stipite, virum omnimode dignissimum, vitae integerrimum, ac sacrae religionis satis beneme-
-ritum.

Ao 1526. V. P. D. Marcum, Antonium Novatum, Mediolanensem, professum, Neapol.
virum, gravissimum, et eloquentissimum.

Ao 1559. V. P. D. Sylvium, Vindulatum, professum, Neapolis, innocentissimae vitae, ma-
-gnae doctrinae et singularis prudentiae.

Ao 1567. V. P. D. Hippolytum, de Bertinoro professum Neapol. zelotorem, ordinis, et jus-
-titiae magnum amatorem.

p. 3. Ao 1578. - V. P. D. Andream, Mazzarium, professum, Neapoli religione, humilitate,
magna paupertate et eruditione celebrem.

Ao 1581. - V. P. D. Petrum, Palumbum, professum, Neap. virum, finem, et doctum.

Ao 1584. V. P. D. Hieronymum, Longum, professum, Neap. scientia, prudentia et clementia orna-
-tum.

Ao 1586. - V. P. D. Antonium, de Aragonia serenissimorum Aragonensium regum
Neapolitanorum, generae, pietate, benignitate, prudentique circumspicientis
procedamus

proclarum, ac romana curia, Cardinalibus ac Principibus acceptissimum.

A: 1587. V. P. D. Ignatium Pirroni professum Neapol. virum laudatissimum, totiusque sacris litteris Deditum.

Procler V. P. D. Joannem Angelum, de Spenis, septimanum, dacionum, locum occupantem; virum sanctitate ac miraculis clarum. Et ne id eorum nos laudare noscos, et nimis laudes affectare: loquatur theophylus Raynaudus e Societate Jesu Trin. Patriarch. juncto 10, § 2, n: 4, m: ubi: De multis etiam ac magnis supra naturam, operibus prolati intervenit magni servi Dei Joannis Angeli de Spenis, qui fuit Clementi 8: acceptissimus, commentarium legi omni fide conscriptum, etc. Floruit anno 1596, ut infra.

Diversimode, Diversisque temporibus, ad confirmandam, corroborandamque nostram, a carne abstinenciam, Omnipotens Deus mirabilia operatus est. Cum N. in hac Neapolitana cartusia quidam monachus infirmalletur, quidam secularis ejus affinis, eadem em seculari misericordia motus, asportabat illi gallinas quasdam, aqua citas et bene conditas, cumque septa-monasterii secularis ille ingressus esset, statim gallinæ: illæ vermibus scaterere ceperunt ac putrefieri. Unde secularis ille novitate facti perterritus, absque mora extra-monasterium septa-putrefactas gallinas projecit, atque monacho non aliter de prodidit conscio, veritatem aperuit: qui secularem acriter reprehendens, Deo O: M: se commendavit pro recuperanda sanitate; quam infra paucos dies perfecte obtinuit. Refert et hunc casum, Molfesius in sum. tract. 9. de legibus cap. 9 n: 29. tom. 2.

Nec abbreviata est, fuitque manens Domini, et quotidie experimur ad hanc carthusiam, Neapolitanam, a malis quamplurimis tuendam. Refert hoc specialis protectio procerum, anno Domini 1656, mensibus martio, Aprilis, Mayo, junio ac julio augustoque, Neapolitana civitas dira peste vexata ad quingenta fere millia capita hominum, desolavit. Nostra vero carthusia ingenti miraculo, suorum neminem, tam intra, quam extra commorantem, aere a mortis succumbere vidit, Neapolitanumque Antistitem, P. D. Ascanium Philamarinum, S. R. E. Cardinalem, servum, et in columen ab imminenti letho servavit, meritis et intercessionibus B: et V: virginis Mariæ. Pet. Paris.

Patris nostri Beatorum, aliorumque nostrae sacrae Religionis Sanctorum, —

p. 5.

De viris illustribus, qui sanctitate et doctrina floruerunt in hac Cartusia Neapolitana. —

Tempore B^{ti} Jacobi Peccati accidit ei quaedam, de quodam, patre nostro professo
cartusiae S^{ti} Martini, quae sic habet etiam visio:

Quodam nocte in conventu B^{no} Unitatis Ordinis Fratrum Minorum, de observantia
Neapoli, orationi insistens B^{us} Jacobus, inter orandum, quoddam, valde rutilans sydus
conspexit, quae totam Neapolim illustrabat: quod sydus ex consuetudine S^{ti} Martini
Ordinis cartusianorum, in monte S^{ti} Erasmi sito, prodibat. Cum esset B^{us} Jacobus
extra se raptus, in ea specie sibi objecta, ignorans quidnam esset, et quid cogitaret,
ut mentem ab omni pravo cogitatione purgaret, oratione ad Dominum nostrum, Iesum,
Christum, confugit, ut eam tolleretur, si tentatio esset. Interim eadem, Dominus noster Pater
Christus revelavit illud sydus esse animam, ejusdem, monachi cartusiani, quae ex
haec ad alteram vitam, emigraverat, atque ob bona sua opera et hanc regulam observa-
-tiam, gloriam, in caelo commerita erat. Siquae B^{us} Jacobus gaudio affectus, Domi-
-no de hac revelatione gratias retulit. Immo eodem, Dominus noster edixit profatas
monachos valde bonae conversationis existere, ac per quinquaginta retro annos
omnes monachos ibidem vitam functos, ad aeternam vitam, evadere, propter unum,
fratrem, conversum, qui in proprietatis peccatum, lapsus, et sic decedens in inferno
damnatus est. Mane beatus montem ascendens ad consilium cartusianorum, reperit in
ecclesia corpus illius sancti monachi, cui exequiarum, iuxta praesens obelantur. Rogavit
Beatus monachos, ne pro ejus anima laborarent, eo quod esset in beata gloria; sed
animadvertenter documentum, hoc et consilium, maxime utile, de observanda regu-
-la, et memores essent, quod si ita egerint, gratiam, non amitterent etc.

Inscripta per fratrem Chambinum, de Spoleto, Ordinis Fratrum Minorum, de observantia
illius Luicij hottarenti. Hofater Chambinus obiit die 20 augusti anno 1484,
ut patet ex 5 part. Cron. Ord. Minor. — Nomen vero huius nostri sancti monachi, et si per
longa temporis intervalla deleret oblivio, in libro tamen vitae ascriptionum, vivit in
aeternum. Cujus obitus adventu tempore mercedis huius purificationis accidit in anno
Domini

Domini 1473, circa median noctem. — (Les cartes de chap. gen. de 1473 et 1474
n'ont pas d'obit de religieux de Naples, celle de 1475 a le suiv aut: obit D. Julianus de b.
Miniate procurator D. Neapolis, profus 1^o D. Papiæ, ultimo D. Florentiæ, qui fuit etiam Rector Boli-
gardi et prior D. Romæ, obiit 3^o aug. 1476. — f. Pat. 8.) —

D. Urbanus de Aversa. — Itaque nostris sacris ordo non tam sollicitus
fuit multos sanctos nos proficere, quam multos sanctos facere; Ideo antiqui nostri
Patres amore humilitatis et internæ quietis anxie minime picee de consensendis proli-
p. 6. -xæ et accurate hereticis fadis et vitis illustriæ, virorum, sed pietatis causa tantum,
breves et aliquot memorie ut imitari eorum posteris. Sic in ista nostra custodia de aliqui-
bus magnis viris pauca monumenta supersunt, et presentia de V. P. D. Urbano de
Aversa, professo hujus Domus, sanctitate et doctrina celebri. Hic floruit anno 1431
prior nostræ D. et visitator provincie, obiit anno 1463. De hoc sancto patre ex-
tant in nostra archivio aliquot antiqua manuscripta, in quibus notatur cum titulo
beati Urbani de Aversa miraculis claris, et per traditiones antiquiorum, habere
fuisse virum iocundissimum, zelatorem, ordinis et magnæ perfectionis.

D. Bernardinus Nolanus. — Ven. P. D. Bernardinus Nolanus ex nobilissi-
ma familia Mastrellorum ortus, V. P. D. professor et prior Neapol. ac visitator provincie
vixit tanta religionis et pietatis, ut ejus vita ab omnibus predicaretur admirabilis;
vigiliis, abstinentiis orationique assidue vacans, magna charitate accensus, pauperes omnes
fovebat, hospites suscipiebat, largas elemosinas eis ministrabat. Collegit scripta doctis-
sima super decretis: scripsit sermones varios de tempore et de sanctis. Fuit etiam
prior Domus, capri, Clarimontis et Padulae, ex qua assumptus est ad prioratum Nea-
-polis. Sancto sine quæsit 88^a decembris anno 1511. —

D. Petrus Paulus Lummulus. — V. P. D. Petrus Paulus Lummulus a Cajeta,
(hic nominatur junior, cum alius senior ejus eandem sanguineus fuit professor Padulae, et obiit
prior Neapolis 17 septembris anno 1508.) professor D. Neapolis. Vixit magnæ religio-
-nis et pietatis miræque simplicitatis et puritatis. Hic cum esset puerulus a Regina
Joanna de Aragonia in civitate Neapolis uti filius constitutus, ac propriis manibus pectus
purgatus.

purgatus, nimis delitose fuit ducatus, tandem cum octavum decimum, annum octatis
suo aget, in hac cartusia S^{ti} Martini habitum suscepit. Quod cum, probatissimo tempore,
manifesta signa magnae puritatis, simplicitatis ac religiosae perfectionis dedisset;
communi patrum, consensus 27 decembris an. 1577, solemnem professionem emisit. Sique
Dei majori rursu et spiritus fervore mirum in modum proficiens, continuis abstinentiis,
vigiliis, humilationibus, invicta patientia, humilitate, exemplarissima pauperum
magnae sanctitatis perfectionem adeptus fuit. longuam sibi ut fulgentissimam, virtutum
p. 7. lumina totam, hanc civitatem, et provincias nobiles in admirationem, traxit.

Ideo elemosinis et operibus charitatis sollicitus erat, ut ipse hospitibus et pauperibus
obviam pergeret. Nemini unquam, ostium clausit, plures pauperum curas humana curi-
-lio destitutas nutriti tradidit, pupillis, viduis, infirmis atque egenis dexteram
semper tribuit: nemo tristis ab eo recessit, adeo ut pater pauperum, et asylum afflic-
-torum, ab omnibus nominaretur. - Praefuit domibus sanctorum, Padulae et
Capri: ubique signa magnae sanctitatis reliquit. tandem cum, esset prior S^{ti}
Neapolis suae professionis, et comendator provinciae, Tobore illum pressus, post-
-quam ultra quinquaginta annos laudabiliter vixisset in ordine, ut colligitur
ex carta capituli generalis anni 1572, cum sanctitatis opinione obdormivit
in Domino die 16^a martii anno 1572. -

D. Joannes Magza. - V. P. D. Joannes Magza de Monte Leone,
professus S^{ti} Neapolis, cum, adhuc esset juvenis, nec unum septimum, decimum,
etatis expleisset annum, vacans sanctionibus Justiniani, amore silentii
et solitudinis, omnia arbitratis ut stercore, saeculo, prodiis ac bonis fan-
-tornis, quibus abundabat, pro Christo relicto, monachalem habitum, in hac
cartusia suscepit. Virgo permanens, omni puritate et integritate excellentem
ornatus. Silentium, et solitudinem, adeo ardentem coluit, ut quinquaginta annis
nec monasterium, nec cellulam mutaverit. Viridarium diversis arboribus consi-
-tium sibi propriis manibus plantaverat, foderat et opportune culturas provi-
-derat. Ex quorum fructibus monachis distribuens, singulis aiebat: Idem pau-
-peres et saturabuntur, et laudabunt Dominum, qui requirunt eum etc.
latine nunc(man) semper utebatur eloquio, brevitate studio. -

tantae erat simplicitatis et puritatis, ut infans absque macula videretur,
tantae praeterea abstinentiae et parsimoniae, ut non nisi semel tantum, in
die comederet: nunquam pituitiae, vix vel caseo, aut ovis usulis. Libus
ei erat panis et fructus, ficus, amal et et mel. Refectorio semper interfuit,
non comedendi causa, sed ut divinas scripturas, quibus ordo nocturnus
posset audire. Oculos ubique clausos habebat, ac vitam usque ad usum rigidam
agebat, ut modum excedere videretur his, qui prudentes volunt apparere,
et nec eum quam suavis sit Dominus, et quam dulcis conversatio celestis.
Conabatur enim semper naturam superare; et cum multas noctes transiret in-
-omnes, a somno superabatur in claustrum eundo ad chorum, vel ante fores ec-
-clesiae redeundo ad cellam, ibique se operatus jacebat, donec sacrista surgeret,
et ecclesiae fores aperiret.

p. 8. Fuit praeterea pauperimus adeo ut non necessaria desiderare ^{coll. p. 111} _{congr.} ornamenta haberet; una tantum tunica et mella utebatur, nudus fore et discal-
-ceatus etiam hyemis tempore incedebat: raro mutabatur cilicium, superfluum putans
cum 8^{to} Hilarione munditiam in cilicio quaerere. Porro tam jugiter orationibus
incumbebat, ut in his diebus, saepe eorum nocte conjungeret. Singulis autem diebus
sacram, immaculatam hostiam in missa deo o. m. offerebat, quam per multos
annos dixit de Domina: postea de homo trinitate. In ipsius missae celebratione
soepius in contemplationis excessum rapiebat. Totum corpus ejus, et praesertim
crura nigra et quasi arida proefrigore erant. Cardus quintus Rom. Imperator
cum esset Neapoli post captam Venetiam, tantae patris audientiae celebrem vit-
-am, voluit eum videre, quem cum vidisset ejusque manuum osculatus ab-
-mimia loetitiae affectus, in ejus cellula familiariter sedens, multa cum eolo-
-cutus est. Relulere mihi, qui tunc aderant (hic scriptor fuit P. D. Nicolaus Riccius
professus d. sanctorum, vicarius tunc in hac curia, qui circa illud tempus floruit)
quod ipse pater noster Joannes rogavit Imperatorem, ut secum pergeret in
Germaniam, ad extirpanda Lutheri semina, et de Dei misericordia confidens
sciret se de inimicis caeterum, repositurum, victoriam. Promisit hoc Caesar, et
se his commendans orationibus, humiliter petens benedictionem, abscessit.
Rogabat igitur pro Caesare jugiter pater Joannes: et tandem in Germaniam
pergens.

pergens Imperator, memorabilem, victoriam, illam consecutus est. Nil gratius,
nil jucundius P. Joannes noster audire poterat, quam, catholicos contra here-
-ticos et sanctae doctrinae corruptores (ut ipse dicebat) victoriam, obtinuisse.
Petebat hoc a Domino, et quidem, cum, lacrimis et intus habens suspiria, libera-
fatebatur, geminam, iniquitatem, impiorum, misericordiam, prope modum, re-
-friguisse.

Anno Domini 1571, S. serenissimus P. Joannes De Austria, Carli quinti
filius, regisque Philippi pater, classis christianae Generalis praepositus ad Regem
Neapolit (amplissimus Cardinalis Granduca tunc erat) hujusmodi patris Joan-
-nis mores, vitam, et sanctitatem, percipiens, pervenit ad carthusiam, sancti
Martini, ut ipsum, patrem, videret; cum quo tantam, contraxit familiaritatem,
p. 9. ut ab eo ~~ab~~ Eucharistiae sacramentum, acciperet quam devotissime, et de-
-quibus colloquia faceret. Recedere vero volens ipse serenus princeps humiliter
petit benedictionem; cui benedicens noster pater Joannes dicit: Benedicat
tibi Dominus ex Sion, et videas bona Jerusalem, omnibus diebus vitae tuae;
Et tibi secundum cor tuum, et omne consilium tuum, confirmet. Eruat te
de manibus inimicorum tuorum, et de manu contra legem agentis et iniqui,
et sic signando eum, signo crucis, ait: Crescere te faciat Deus meus, atque
multiplicet in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. - Fatebatur illi
Marchio ~~Sto~~ Aconcis, qui tunc aderat, quod ipse P. Joannes apertis verbis pro-
-phetavit de victoria obtinenda, et de multis, quae d. Joanni De Austria postea
evenere. Nec mirum, nam ipsa dominica die, quae fuit septima Octobris
anni 1571, in qua illam, memorabilem, victoriam, populus christianus contra
Turcos obtinuit: cum, pater Joannes de more sacrae missarum, solemnia fac-
-ret, sumpto sacratissime Eucharistiae sacramento, exstas in, passus est,
mansitque immobilis, ut statua, non homo videretur. Fit interea omnium,
religiosorum, et secularium, in carthusia et castro S. Erasmi, commercantium,
magnus concursus, ut quid hoc indinuerat aspicerent. Facto intervallo quasi
unius horae dimidio, P. Joannes noster magna voce clamare coepit: Victoria,
Victoria, Benedicta sit sancta trinitas, utramque manum, elevans in caelum,
Sciscitantibus priore et monachis, quid hoc significaret, respondit Joannes: Turca-
-rum

rum, classen, noster D. Joannes de Austria accepit, et imperiorum spolia tulit. Be-
dicta sit sancta trinitas, et flens pro gaudio perrexit in suam cellulam.

Audians hoc illius nuntius apostolicus, capto nuper hoc factum, diligentissima
informatione, misit statim ad B. m. L. m. quintum, P. M. (ipse n. de sancti fra-
tris nostri revelatione manebat securus) qui multa locutiva signa dedit. Veni-
ens autem, postea nuntius de Venetiis de tanta insigni ac proclara victoria

respondit: Nos certiores facti eramus de precibus dei adjutorio. Sicque de in-
cepto in maxima veneratione habitus fuit P. Joannes, quod ipse quantum pro-
terat fugiebat. — Revertens sermo D. Joannes de Austria Neapolim, cum

f. 10. ingenti locutiva accedens ad carthusian, manum ipsius P. Joannis humiliter
osculans, gratias egit de memoria pro se in suis orationibus facta: et per
ordinem, victorian, illam coronam omnibus manachis humanissime retulit. Dum
fuit in ipsa civitate Neapoli, soepe P. Joannem visitare studuit, et sacratiss.
simam, eucharistiam, de manibus ejus accipiebat.

tandem, P. noster Joannes senio et infirmitate correptus, cum jam sacra
facere non posset, singulis festis diebus, praemissa devotissima confessione,
sacratissimam eucharistiam, piecentissime recipiebat. Medicos, medelas et balnea
nunquam, admisit: Deus, inquam, salus curat dolores. — Appropinquante vite suae
morte, locutus solito affectu, suo indicavit confessario, quod brevi esset et transiret
ex hac misera valle ad Patrem, et sic de more omnibus ecclesiae sacramentis
devotissime susceptis, Deo gratias agens, dum praesens secundu, Joannem legen-
retur, sancta illa anima carne soluta est die 26^a novembris anno 1588. —

Lectati sunt multi de digni et viri graves, (cujus monumentum invenitur in
matho archivio) cepidan, noster P. Joannis a quodam canonico S. Petri de
Ibbe, devotionis causa sublatam, in episcopo Neapoli quendam juvenem,
a demerito peccatorum, liberasse. Ego novi hominem, (loquitur scriptor hujus vite
P. D. Nicolaus Riccius, qui supra) multos annos, erat natura mitissimus et benignus
qui privatim, sui amorem, plene extinxerat, ac in solo dei O. M. amore delec-
tatur. Cum autem, esset dives in saeculo et frater germanus P. D. Antonii Moggia
prioris S. Martini et visitatoris provinciae, elegit abjctus esse in domo dei, totamque
dispositionem suam, comparavit ad futuram, obtinendam, felicitatem. Omnia dignanda
sua.

haec ad majorem Dei gloriam, ordinavit per vitam, laboriosam, et arctam, Dei precepta
et consilia apposite implendo, ac ad eternam, patriam, semper aspirando, miles
in die rependo magno spiritibus femore: cupio dissolvi et esse cum Christo meo
dulcissimo. In carta capituli generalis anni 1582 hoc decoratur elogio: obiit D.
Joannes Marza qui laudabiliter ultra 66 annos vixit in ordine. -

Meminit enim magna laude hujus nostri Ven. Pater Joannes Antonius Summum-
-tus par. 2. hist. Neap. lib. 3, cap. 1, fol. r. 229, his v. verbis; dum agit de victoria Caroli
primi regis Neapolit: Clementi quinto S. P. divinitus ostensa. Idem, inquit accidit
temporibus nostris in die navalis victoriae D. Joannis Austriaci ad Cargularias,
p. 11. quae praevisa ac praedicta fuit a his quinto S. P. | haec eodem die et a S. Joanne
monacho cartusiano descripta ac sanctae conversationis in monasterio S. Martini
Neapolit. - Michael Bandier Gallus, in sua historia lura, meminit de hac revela-
tione, sed obscure loquitur, dum ait: a quodam cartusiano, non indicans nomen
et locum, - D. Paulus Gualterus in suo Legendario Sanctorum Calabriae lib. 1: cap.
80, fol. 440 et 437, non dubitat hunc esse nostrum S. Joannem, titulo beati honestatis.
Et in hac nostra cartusia Neap. memoria ejus in summa veneratione et benedico-
-tione perseverat. -

D. Antonius Marza. - V. P. D. Antonius Marza de Monte Leone, profectus
S. Martini U. T. D. egregius, & in fuit admirabilis vitae, & sanctitatis eximiae, ingenii
nobilis clementiaeque singularis, ac supra memorato patris suo germano in om-
-nibus fore consimilis. Ad hoc sancti Evangelii, preceptorum, consiliorumque dom-
-ini diligentissimus observator fuit, ut nulli unquam, malum pro malo redderet:
sed e contra, impios quosdam et invidiosos, a quibus injuriis afficiebatur,
in bono vincebat; hic tanta pietatis et humanitatis fuit, ut non solum religio-
-sos, qui in aliqua necessitate aut afflictione erant, juvabat et sublevarat;
sed et pauperes, & duos, orphanos miserisque abunde elemosinis sustentabat:
plerumque oere alieno gravatos et carceribus mancipatos, persoluto debitoribus
pretio, ad libertatem revocabat. His artibus suo o. M. per ente domum, hanc
religionem, honorem, divitibus ac gloria ditavit, ut usque hodie opera illius reme-
-morerentur, prodest certum, & eius observantiae et studium, pacis. Notabiliter bona me-
-morantur.

masterii auxit, et ad majorem Dei gloriam, et religionis honorem, religiosorum,
numerum, in exactissima observantia et pace, exemplo suae innocentissimae
vitae, et verbis suae doctrinae multiplicavit, et in timore Dei consecravit.

Cum, esset prior S. Neapolitanae et visitator provinciae, in tanta pace, concordia
et observantia provinciam, sibi creditam, summo studio et magna prudentia
tenuit, ut in admirationem, traheret omnes. Amabant eum, religiosi et
timebant, quia opere complebat quae voce docebat. Exemplarissima ejus
vita in vigiliis, abstinentiis, rigorosa paupertate, patientia invicta, justitia
recta, charitate non ficta, ad se omnes habebat, et inculo purae dilectionis ad
bonum operandum, stringebat: unde in magna veneratione habebatur. Deni-
que magnis consumptis laboribus cum sanctitatis opinione quiescit in Domi-
no die quinta Octobris anno 1543. ^{ex. 1162} Et in carta capituli generalis anni 1546
habetur: obiit Bonus S. Antonius Magza professor et prior S. Martini etc...

D. Jacobus de Aragonia. — V. P. S. Jacobus de Aragonia professor et prior
S. Martini et provinciae visitator. Vir utique tanto magistratu dignus, si animi dotes
inspicimus. Erat enim moribus, pietate, religione, dignitatis specie insignis: zela-
tor Ordinis, observantiae tenax ac propagator, charitate ferventissimus. Fuit proba-
re vitae innocentissimae et exemplaris: amator strictae paupertatis, ita ut cum
tam suis religiosis, quam ceteris indigentibus clementia abunde ministraret,
ipse tamen in defectu sibi necessariorum, magna beatitia afficiebatur. Corpus su-
um, jam in saecula nimis delicose nutritum, (ut qualitas hinc naturae exigebat,
cum ex serenissimorum regum, Aragonensium, Neapolitanorum, sanguine
ortus esset) abstinentiis, vigiliis, flagellationibus aliisque poenitentibus gravioribus
mirum in modum macerabat. — Pro propagatione honoris Dei et nostrae religionis
multum laboravit, praesertim, pro recuperanda Carthusia Sanctorum Stephani
et Brunonis: quod Deo O. M. favente, obtinuit auspiciis amplissimi Cardinalis
Ludovici de Aragonia ejus consanguinei, armante et permittente Bone Dno
nostro S. Leone X. P. M., cui multum debet nostrus Ordo. — Pater itaque Jaco-
bus sua industria, prudentia et integritate secundum Ordinem nostrum domum, a ma-
nibus alienigenarum, eripuit et ordini remisit, cui et ipse profuit, et multum
^{ind. ad au. d.}

hæsitans, et in familiari eloquio rix submissa voce loqui libere valens, poterat in publicis sermonibus et tractatibus capitularibus, quibus ut sapiens utebatur, solutissima lingua et voce expeditissima gratissime loqui; et quod mirabilius erat, concitatissimo sermonis cursu ab exordio usque in finem, inoffensa lingua et enitente eloquio curriebat; ut omnes, qui eum, noverant, mirarentur. Hic habitum nostræ religionis induit in cartesia Neapolitana; quique eum, in anno probationis suavissimo odore omnium virtutum, magnam de se expectationem, dedisset, ad solennes professiones, admissus est anno 1500. Vivit in magna pietatis et religionis, pauperum, precipue amator, eisque quotidie largas elemosinas tribuebat; prosertim, occultis, qui pro qualitate et nobilitate generis palam mendicare erubescabant, iisque magna charitate et industria, clam, subvenerat. Profuit domibus Padule et Clarimontis, f. 11. ubi memoria ejus in benedictione est. tandem, infirmitate, regimine externisque curis fractus, in cartesia Neapolitana suæ professionis reverens, magno spiritus fervore cellam, silentium, solitudinem, strictamque statutorum observantiam, ita coluit, ac si ferventissimus novitius esset in ordine, nec ullas exentimentas admittit; sed semper et ubique arctioris vitæ probata exempla reliquit. Denique plenus operibus bonis octogenarius sancto fine quæsit, die 18^a novembrii anno 1541, cum fama sanctitatis. —

D. Philippus Balsamus. — V. P. S. Philippus Balsamus Messanensis, nobilibus ortus parentibus U. S. S. egregius; cum, esset dives et baro in civitate, desiderio perfectionis collectamque amore succensus, caduca omnia respiciens, habitum nostræ religionis in cartesia Neapolitana suscepit, hinc octogena probationis tempore, solemniter professus est anno 1549. Hic in tantum profecit, ac tam concitato gradu ad perfectionis festigium ascendit, ut a spiritu sancto ductus, volare videretur; assumpsit penas columbæ innocentissime vitæ, de argentatæ contemplationis perfectæ claritate; cuius opera in pallore avari ferventissime charitatis brevi decesserunt cum in Montem Dei Orb. Hæc ut diximus P. Philippus noster semper intentus, nil de temporalibus cogitabat, adeo ut unus ex antiquis patribus omnibus videretur. Deliciae ejus erant

erant abstinentiae, flagellationes, silentium, solitudo ac assidua contemplatio.
Hujus p. 15. - pietosi Balsami fragrantia longe latius se diffundens, sibi et saepe
religioni innumeras benedictiones cumulavit. Hinc, ut aliis prodesset, et
ne sub modico, sed super candelabrum, tam magnae virtutis, luceat, sacro
Ordo noster eum ad prioratum, S. capri, postea S. Neapolit, deinde S. S. Stepha-
-ni ac civitatis provinciae sublimavit. In quibus omnibus magnae sancti-
-tatis exempla reliquit. Fuit (quatenus) magnus zelator ordinis et observantiae,
Vir summae pietatis et religionis, et in elemosinis coeterisque operibus
charitatis tam sollicitus, ut modicum, videretur excedere. Cum prior esset
hujus S. Neapol. suae professionis, pauperibus obviando, pergens, largas proe-
-bebat manus. Quingentis mille scuta aurea uno anno elemosinam aliter
diversis indigentibus et virginibus, quas nuptiarum tradi fecerat a ^{proprietate} ~~procuratore~~ ^{ut} ~~procuratore~~ ^{ut},
erogavit. Proeterea in hoc sermo dei mirapotentia refulsit, et profunda
humilitas. Denique eum esse et ~~esse~~ in domo S. Stephani, in qua laudabi-
-liter exercebat officium vicarii, sancto fine quiescit. Diebus, et horis
sui obitus multis deventurans, qua adventante, quamplurimi, qui
tunc aderant, magnum odorem, in sua cella per totum diem, perciperunt
ut omnibus bonis vitae hunc odorem appasseret. — Hujus P. Patris me-
-minit Silvester Mauronicus Messanensis in suo Oceano omnium Reli-
-gionum, impresso Messanae anno 1613, sub nomine S. Angeli, quo
in sculo appellatur, fuisse et constare ex monumentis hujus ecclesiae.
Obiit anno 1570. —

D. Silvius Vadulatus. — V. P. D. Silvius Vadulatus de Monte Leone,
professus S. Neapolit, tanti meriti, tam luminosi exempli tanquam
prostantis virtutis vir fuit, ut alter Macharius ab omnibus vocaretur.
Profuit primo domui Padulae, cui officio amore solitudinis humiliter
cedens, vitam arctam, et rigidam, elegit. Postea, praecipiente capitula
generalis, prior S. hiisulti fuit institutus, deinde Romae, sancti Stephani,
ac iternum Padulae, demum Florentiae et visitator hujus usque per novem
annos, provinciae vero nostrae octo. silentii, solitudinis ac sacramentorum
ordinis.

15
75
Odis diligentiſſimus obſervator. Indumentis uſus eſt de groſſo et ſudiſſimo, more
antiquorum, portans. ſeculari ac divina litteraturâ abunde peritus. Cum eſſet in
D. Romae et locum generalis, fractus laboribus regimini ſuique corporis infirmita-
-tibus, quod abunde pattebatur, officio humiliter renuntians, hinc profeſſor domus
ſibi elegit, ubi magno ſpiritus fervore exemplariter et pie vixit. Abiſſerum, ſolem-
-nia quotidie cum magna cordis compunctione, devotione, gravitate, necnon cum
copioſa lacrimarum effuſione ſuo o. m. libebat. Sacrarum litterarum ac veterum
doctorum lectione ſemper delectabatur. Præterea ſuo ſingulis diebus maxima
cum devotione et compunctione recitabat. Scripſit in epistoſas S. Pauli quod an-
clariffima et devotiſſima opuscula, quod nec humilitatis causa ſecum ſemper habuit,
p. 16 et publicare voluit. Vita eius fuit ſane admirabilis, dum ab emiſſa ætuſſione, quod
fuit anno 1528, die vero 25^a martii, usque ad obitum, qui fuit 20 februarii
anno 1587, ſemper et immutabiliter tam proclatus quam ſubditus, eodem teno-
-ritate artiſſime, valeat firmus novitius, vixit. tandem plenus operibus bonis
ſancto fine quievit die 20 februarii anno 1587. Hæc contra capituli generalis
eiusdem anni colligitur ultra ſexaginta annos laudabiliter vixiſſe in ordine.
Censuræ de Neapoli laudatæ præſentis copii, et morte 18 februarii 1587. —

D. Joannes Angelus de Spenis. — V. P. D. Joannes Angelus de Spenis
Neapolitanus, profeſſor S. Martini. Natus eſt Neapoli honeſtis parentibus, ſcilicet
Virgilio de Spenis, actorem, magiſtro (quod munus inter curiales Regiæ curiæ Neap.
procuratorem eſt), atque Habella. . . . anno Domini 1549, die 27^a martii, S. Jo-
-annis eremite ſacro, ac in baptiſmo Joannes Angelus appellatus. Paternæ
eius oedæ in platea S. Joannis ad carbonariam, extabant. Hæc enim annis a piis
parentibus pie ac liberaliter educatus, modæſtiæ et verecundiæ, prociſſimis ju-
-vencis ornamentis, deditus fuit, quod ad decrepitam usque ætatem, illius indivi-
-duse comites fuere. Adoleſcent ingenio proceſſans, litteris adhibitus, jurisprudentiæ
operam navavit, in qua non mediocriter proficiens, doctoratus laureata in iſto quo
jure obtinuit inſigniam. Adulta jam ætate, doctrinæ ac prudentiæ, morum integri-
-tatem, probitatemque adjuſcit: ac potiffimum in conſervando pudoris flore
eruit. Ad eum ſi forte inter conſuetas ac familiares ſermones minus honeſti
exorirentur, compertis robore ſuffuſus, de eorum medio ſe proriperet, ne hujusmodi
verba.

seu Redemptoris, ut vulgo dicebatur, memere punctus est. Quod minus tunc, cur, rectius Regnum gubernaretur, in usu erat: cum n. communitas aliqua vere alieno gravabatur, vir aliquis probus ac fidelis diligebatur, qui redemptionem, a debitis curaret ac medio juri, eos qui injustitiam, exercebant, vel in causa erant puniret. Sed his omissis, unum, aliud addam, ex quo ejus integritas in ceteris dignosci facile valeat. Fuit illi cujusdam criminalis) p. 18, causa cognita demandata in villa Lypara (quand o hujus regni hoc regi subiecta erat) in qua ex itineris fatigatione atque intemperata caeli mutatione, in tertianam, febrem, ac rigorem, incidit, ex qua cum die quodam, lecto decumberet sub cervicali ex imperato linteum, magnis argentis nummis, vulgo dictis cianfroni; inmodica quantitate refertum, conspexit; ad ejus primam, aspectum, ita exhorruit timore concussus, ut subito a febre, ac tremore prorsus convalescit. Quare deo de tam insigni beneficio gratus, accitit urbis magistratibus, eam pecuniam, cum dominus nesciretur, seu potius nesciri vellet, pauperibus loci distribuendam, dimisit, ac causa, pro qua venerat, justum finem, impertit. laudes, cum morum, mores, integritate, qua ab omnibus reverebatur, quod rarum in hujusmodi muneribus obcurdis, est reperire, ac rerum, perita, aditum, sibi ad maxima quoque in patria publica munia ad equanda parasset: immo eadem, hebdomada, seu die, qua ordinem nostrum adit, a Brege, tunc comite Miranda, criminalium, causarum, judex in regia curia vicaria per epistolam, vulgo viglietta, constitutus est et. qui ne minimum, quidem, propterea a suo proposito retardatus, eadem, rescripsit, magnas de tibi collato munere gratias agens, ex quo alios criminum, eos judicare compelleretur: at quia se ipsam, antea judicaverat, atque carthusiensi ordini devoverat, se apud suam excellentiam, excusationem, fore sperabat, si ipsius non parisset mandatis. Haec ne caducis amictibus ac vanis saeculi curis abjectis, deo se ad meliora et perfectiora v. casti parentis, mundo valdidit. Quare integerrime scelerique purus atque (ut creditum, et postea probatum, est) corpore et animo, deo illum, protegente, a saeculo eripitur; ut qui in minimis fidelis fuerat in certis, dignus fieret super magna constitui. Antequam vero ordinem, ingrederetur, ut deum, profectum, sibi per eleemosinam, redderet, contingentes auri ducatos ex propriis

proprios bonis congestos per se nosocomio inasabilem, largitus est; mobilia
vero aliquot ac familiares, suppellectilem, agnatis suis dimisit. Quadragesi-
mo secundo igitur octatis suae anno in cartusiana Neapolitana admittus
est 1^o junii sabato vigiliae s^o m^o Pentecostes anno 1591. cumque proe animi
demissione in humili conversorum gradu recipi contentus esset ac postulade-
f. 19. -ret, si ad monachorum gradum minus idoneus existimaretur; monachali
habitu omnium, accedente consensu, induitus est 23^o junii. Anno deinde caplo-
probationeque rite praestata, solennem, profectiorem, emisit 24^o junii anno
1592, coram V. P. D. Severo turbulo priore. Quibus se deo magis obstatum
sentens, coepit in dies seipsos melior fieri, atque de virtute in virtutem, ascen-
siones facere; nec inertiae atque ignaviae, ut nonnulli post emissam profecti-
onem, faciunt, se dedit; immo ut jumentum, corporis sui spiritui subiceret,
laboribus atque assiduis spiritualibus exercitationibus pro ordinis more altere
satagit: nam cum, sacristae officium, hoc tempore ei iunctum fuisset, aecle-
siam, et sacella mundare ac solum, verrere solitus erat. Nec probus et humilis
hominibus videri, sed potius deo placere et esse appetit. Quippe qui dicere
poterat solebat, exteras ac suspiria sub lecto, ne ab aliis viderentur, esse
facienda. Atque ita in viciis solidisque virtutibus se exerceens, brevi eis animus
imbuat: ut nondum, elapso ab emissâ professione biennio, aliis regendis
idoneus existimatus fuerit. Non obstante quod per ordinis statuta cautum
sit, ne quis, qui triennium non compleverit post profectiorem, eligatur in
priorem. Itaque vero capitulum generale anno 1594, statuisse lego in dispositione
provinciae: In officium in priorem, S. Romae D. Toamem, Angelum, profectum et
sacristam, S. Neapolit, et post alia: et novus prior in omnibus ac quiescat condi-
tionibus visitatoris provinciae, prout de illius modestia et religiose nobis promittimus.

Instituit igitur prior cartusiae Romanae ac simul Procurator generalis ordinis,
id munus integris quinquid^o annis et aliquot mensibus, ita strenue, fideliter ac
patienter gessit, ut omnibus religiose modestiae, humilitatis et reverentiae
speciemus, abunde praebuerit. Et cum esset imprimis regularis paupertatis amator,
constitit sibi curavit in cubili angulo adeo angustum, cubile, ut in eo quies-
cens, vix se in alterum, latere videret, et cum, cervicali lana suffertum
omnibus

omnibus concedatur, id ad majorem, asperitatem, proleis tantum, suffulta
ut ut est, quem admodum, etiam, parvo librorum, Pluteo pro sibi innata modestia
et mediocritate. hincque pro ordinis negotiis expediendis Romanae curiae expositus
esset, sibi ac toti ordini reverentiam, ac decorem, conciliavit apud curiae magnates.
p. 20. Inprimis Clementi 8^o summo Pontifici percarus fuit, qui viri probitate, doctri-
na, et quae in eo lucebat religiositate affectus, ut eo familiarius uteretur, ad
Romanam, cathusiam, saepe praenotandum, se conferabat, quo tempore de rebus
ad Ecclesiae regimen pertinentibus consilia varia cum eo conferabat: ac nocte
antequam dormiret, irat, eum, per Pumlionem, quendam, accersiri faciebat, se-
cumque libanias sanctorum, aliasque pias preces recitabat: necnon phylax ab
eodem, phaxe ciliicum, ad nudum, apponi et mutari faciebat, indicto illi super hoc
silentio, ne cui id, ipso vivente, revelaret. Retulit aliquibus hic noster Venet.
Pater, quod cum, idem, Pontifex iuxta morem, in nostra Romana cathusia vers-
aretur, quoad, dice, ut solebant, divites omnes, ordinum, Procuratores Generales pro
huius ordinis negotiis Pontificem, conveniunt: ac primo et allocutus est R. P. Magister
fr. Marcus de Martensio ordinis Inodicatorum, Procurator generalis; qui operato,
pro quo venerat negotio, et digresso, Pontifex ad P. Joannem, Angalum, nostrum, ibi
presentem conversus, dixit: Hic frater Marcus sanctitatis odorem, mihi afflat
et spirat: quae Pontificis verba non in iritum, ceciderunt, cum etiam, nos cientes
Pontifices soleant prophetare. Nam profatus fr. Marcus postea Neapoli cum
magna sanctitatis fama 15^o martii anno 1616, in conventu S^{ae} Mariae Sanit-
atis decessit. Ad hoc familiaritas et consuetudo inter Pontificem, et patrem,
nostrum, exerebat, ut quoties novi Cardinales creabantur, Romani Aulici hunc
augurantes, inter eos ipsum, numerabant. Sed illi, qui huic mendo profecto con-
victior erat, ne per somnium, quidem, haec cogitatio in mentem, veniebat: immo
ne humanam, gratiam, ad altiora obtinenda captare videretur, Cardinali Petro
Albrandino, Pontificis nepoti, cathusiam, adventi, saepius latitans, se ab esse remun-
tari mandabat, ita ab omni proinde ambitionis suspicione alienus fuit, ut illius adf-
-ectum, congressumque, a quo fortissimum, promoveri poterat, evitarat. Hoc n. tantummodo
curabat, ut suo muneri recte obsecundo totus inculberet. Ecclesiam, assidue, die nocteque
frequenter; abstinentias in pane et aqua ceterasque ordinis asperitates nunquam,
omittebat.

omittet at, rursus opere et sermone religiosae vitae exempla exhibendo. Aliquando febrim correptus, ne minimum, quod eum de suo rigore remisit, omnia exacte uti sanus ageret.

§. 21. non divinum officium, non alias prodixas preces, quas stans, nec sibi immixtus, recitabat: non cibum, intermittens, nec lanceas caligas sibi delibans: quo factum est ut febris in dies augmentum caperet, donec medicus admonitus ei preceperit, ut de solito rigore aliquantulum remitteret: qui dicto audiens statim, se febre laxari sensit, ac brevi demum deconvalescit.

Hoc ipso tempore cum, die quadam, praedictor, more solito, incederet, generosus equus cujusdam nobilis Romani furis agitated in pectus illius pedes impexit, ex quo pene exanimis in terram corruit: domum, relictis speciali Dei auxilio, non tam grave incommodum, ut casus forebat, tulit: equus vero statim, tremore correptus, tertia die interit. Unde Dominus exterritus ac viri reverentia tactus, hominem, a suis misit ad veniam, ab eo postulandam: qui modeste ac humiliter respondit: nullam, sibi offensam, quam remittere posset, fuisse illatam, sed potius se ab irrationali animante debuisse cavere. — Inter ea anno 1599 a capitulo generali institutus fuit visitator provinciae S^{te} Brunonis, huiusmodi Romanae carthusiae gubernandae ac provinciae quod poterat vel visitatorum regendae, totiusque Ordinis negotiis praestandis operam suam navat: Carthusia Neapolitana huius professionis orbatu priore, P. Joannem Angulum unanimi consensu in priorem suum elegit. Qui eo inopinato nec unquam desiderato munus percussus, tantum absit ut electioni de se factae consentiret, ac prioratum ejusdem, assumeret, ut eum, etiam quem obtinebat, humiliter sponte dimisit.

Nam, d. ... molestiarum, regiminis labi oribusque fractis atque infirmitatibus ex Romano caelo contractis, praecipue ex casu equi, unde ei in attrita tibia ulcus provenit, quod per omne vitae tempus remansit assidue vexatus: ad silentium ac cellae quietem aspirans, humiliter suppliciterque misericordiam petens, obtinuit tandem, ut sui compos officeretur: nam, benigne ei concessum fuit ad carthusiam, insulae Capreae, a se humiliter desideratam, se conferre. Illi regiminis onere levatus, non otiosum tempus transigit, sed omnia munia observantis ac pii monachi in christo obicit; in nulla re se a communibus Ordinis observantibus eximens, velut si esset noviter professus: immo indulgentiis, quae votata proventus, vel officio perfunctis concedi solent, abstinet.

§. 22. Jejunia in pane et aqua in hebdomada indispensabiliter, sicut antea consueverat, et usque.

et usque ad ultimum, & ita spiritum, etiam in infirmitatibus, quae multas pertulit, servavit. Nec iis contentus, quae ordo prescribit, alia etiam adhibebat, scilicet in ambalibus anni quadragenis nulla obsonia, & ulgo pitantias, quod ab at, & omnibus duntaxat ab leguminibus se parces nutrebat. Super per totam anni cursum, omnibus secundis et quartis feriis ac sabbatis a lacticiis abstinere. Feriis tertius nil panis, nec aquam potabat: et pro stomachi et visceris calore cum a medicis hoc agere prohibitus esset, urgente ad occasum aetate, aquam tantum admisit. Quam abstinence et sobrietatis tenorem, stacte tam subditus, quam proclatus toto vita tempore, quo in ordine vixit, ad obitum usque retinuit. Immo anno 1619, in visitatione, quam peragit in domo huiusmodi, satis dure quendam consensum reprehendit, qui officiales ejusdem de illius abstinence monuerat, et fridem pro oris ipsi apponendum curabant. Et quod magis admirabile, feriis sextis vel aliis, quibus pane et aqua vesceretur, hilarior et festivior in ebrietate, tanquam si opipare epulatus esset: sicut de his oculatus testis fuit fr. Stephanus Volpe comesus de capri, quem inde secum, factus prior de Neapoli duxit, ipse iure rigore fere annis usque ad mortem, strenue ac devote ministravit, nulla famuli secularis opera unquam uso, quod ad eo exitarit, ut etiam cum equum conscenderet, cappam super sellam, ipse emet sibi aptabat.

Dum in se collectus iis asperitatibus aliisque ordinis observantis se exercebat ut moribus, optata prae se quitta, contemplationisque assidue intentus, non distans manere in eo statui permissus est: nam, non dum triennio exacto a PP. commissariis D. Didaco Gaxan professo de Miraflores priore de Arriago, et b. Francisco Bello professo de Medio-lani priore de Casularum, ad visitandam hanc provinciam deputatis, e cella extractus ac regimen coarctatus Neapolitanus, licet invitatus, suscipere coactus est, initio anni 1608. In qua gratanter et honorifice exceptus est. Injunctam, fuit etiam, illi paulo post per capitulum generale visitatoris principalis provinciae officium. In hoc mae

p. 23. Domus regimine ad eo prudentia, discretionis ac studio condendam prae animosam, quae concordiae inter subditos erit, ut postquam ab officio absolute, omnibus super hoc sui desiderium reliquit. Male n. feriat ac nunquam alienorum, gestorum delatores, quorum insana garrulitate prae intentari solet, eo quae minus attentiores ad colloquium, non facile admittat, nec aures patulas prebet; quos etiam gravi ac modesto vultu ab incognitis cessare faciebat. Domum, quam multo ore eliano

ultimo gravatam, repente, brevi exoneravit, ac prociis magni proci de novo emptis auxit.

Denique semper sui similis, bonitatis exemplum, bonorumque operum, sacerdotum, subditis se exhibuit, opere magis quam sermone probus esse appetens; nec proci ab at-
atque ab aliis exigebat quae prius ipse opere non impleverat; et cum aliis indulgere
soleret, austeritate in se ipsum, magna utebatur. Nova indumenta raro, immo in-
tendum, vetera ab aliis relicta, sibi sumebat. In matutinis vigiliis indefesse et impae-
-termisse, exceptis infirmitatibus quibus decumbere cogebatur, semper alios proce-
-mens, primus aderat, etiam quando ex medici consilio medicinis utebatur.
Atque ut expeditior ad surgendum esset, totus indutus etiam, cuculla, et aliquan-
do calceatus de nocte sopori locum, dabat. Quam rarissime a domo pedem effe-
-rebat, ac pene nunquam, nisi causa visitandarum domorum, provinciarum; sed
assidue in ea residens, stabilitatis et religiosae disciplinae posteris dereliquit
exemplum. Nam orationi et lectioni ac epistolarum, scriptioni, ut visitoris
munus requirit, pene continui distentibus atque intentis, ne per gratias dis-
-currere, sed nec de priorali quidem cella exire visus est. Adiosior tamen
per hos ministros procuratores, quos probatos, non probandos, fidelesque sem-
-per instituit, apparerebat. In visitationibus, ob quas duntaxat iter agere coactus est,
non divinum officium, equitans recitavit, sed vespere antequam, obdormiret, ma-
-tutinis, summo mane antequam itineri se daret; vespere et completorium
sero peragebat. Sic peractis omnibus recti iudicis partibus quas exco-
-let sine personarum, acceptione, excessus puniens, ac saepe etiam, cum opus
fuit ad absolutiones priorum, decessit: nec poenas pro culpis irrogare, cum
justitia id exigebat, omisit: ad quas pene coactus, invitaeque deveniebat, ~~et~~
et ad juris tuitiam, omnia perestigans, nec omni spiritu credens nec cunctis
sermonibus, qui dicebantur, et cunctanter et semper audita parte, peragebat;
adeo ut in hoc aliquibus scrupulosior ac morosior, quam frax erat, visus
fuisset. Hinc visitationes in multos menses, quando necessitas aliqua id
